



Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Friderici Karg Bambergensis Franconis. Pax
Religiosa Sive De exemptionibus, & subjectionibus
Religiosorum**

**Karg von Bebenburg, Johann Friedrich
Heripoli, 1680**

IX. De Regulariu[m] ordinatione activa.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38315

conceptibus metaphysicis, vel de aliis ut i
fine quorum notitia tamen obtineri
cer aliquis ordo potest ac debet, on
nados interrogaverint, aut famam
doctrinæ periclitari existimant; aut
plicationem ad non-necessaria ejus
di studia deinceps futuram desperant.

CAPUT IX.

De Regularium ordinatione activa.

128. *Iam circa tempora S. Galli quidam
bates contulerunt primam tonsuram,*
129. *Quid hac de re statutum fuerit in
do VII,*
130. *Pleriq[ue] Abbates Germanie & Religiose
hodie conferunt primam tonsuram o
minores.*
131. *In quo consistat Benedictio Abbatis*

128. **Q**uanquam olim Monachii
instituto suo tantum Laici
erint, multoque minus alios per Ce
calis Tonsuræ collationem ad sta
Ecclesiasticum cooptare potuerint,

ut ipsi etiam Ostiariis cesserint: Post-
quā tamen ad vitam Clericalem ad-
missi fuerunt, mox amplioribus inhian-
tes, alicubi etiam ad initiationem acti-
vam statū Clericalis habitatos fuisse,
deprehendimus apud Gregorium Tu-
ronensem *in vitis Patrum* c. 6. de Pa-
truō suo S. Gallo Episcopo Arvernensi
narrantem, quod hunc Abbas Monaste-
rii Cremonensis adhuc Puerum Cleri-
cum fecerit.

129. Quā facultate non contenti
Abbates obtinuerunt in Synodo VII.
ut si charactere sacerdotali insignes, &
juxta consuetum Ecclesiæ ritum ab Epi-
scopo benedicti essent, Filios cœnobio-
rum suorum etiam ad minores ordi-
nes possent evehere: quo privilegio
hodieum utuntur complures Abbates.
Imò Abbas Cisterci, aliquique primi qua-
tuor Coabbates videl. Clarevallensis,
Pontiniacensis, Morimundi, ac Firmi-
tatis, ab Innocentio VIII. facultatem
Religiosis Monasteriorum suorum

CON-

conferendi Subdiaconatum sibi concessam esse prætendunt privilegiorum, quod Victoria *in relectionibus* à se vixum esse testatur: quanquam huius veritatem solidè complures impugnant; dudumque faltem ab usu remisso compertum sit.

130. Hodie plerique Abbates Germani duplice illâ conditione a sepe Concilio generali requisitâ consenserunt Religiosis suorum conventuum, contradicente S. C. Trid. *ses. 22. n. 10.* primam Tonsuram, & quatuor sores ordines conferunt: neque Tonsura cuiquam est dubium, ex Innocentius III. c. *cum contingat* *de aet. & qual.* universi littera declavit, juxta Synodum VII. ab unoquaque Abbatे suis Religiosis in proprio monasterio, dummodo illi ab Episcopo secundum morem præficiendorum habatum, manus impositio facta noscatur & constet eum esse Sacerdotem, ferre primam Tonsuram, juxta formam

sibi
egio
nibus
inqua
res im
usu ro
ates G
a sepi
consp
m,
22, 10
atuori
arque
, ex
ingal
r decl
oquo
orio
ccopo
rum
nosce
em
nam
cl
clesiæ datam, conferri ordinem Clericalem. Pro quatuor minoribus Glossa pluribus in locis privilegium speciale requirit.

131. DIXI : manus impositio : in qua nulla actio consecrativa cum interventu S. Chrysostomus; sed tantum forma quædam precationis adhibetur c. manus. 74. l. q. 1. ad hoc, ut Abbatii conferatur exercitium eorum, quæ sunt veluti actus ordinis, nec non insignium Pontificalium. Unde, si quis Abbas renuntiaret suo gradui & dignitati, non amplius validè conferret quicquam eorum, cum destinatus esset charactere, & Abbas esse desisset.

CAPUT X.

An Abbates habentes facultatem conferendi Tonsuram, vel minores ordines subditis sibi Regularibus, stante Decreto S.C. Trid. l. f. 23. c. 10. conferre possint Tonsuram ac minores ordines